D3

1456
e
1458

D[e] refrenandis [illegible] lingua[m] [illegible] qui non verentur creatorem suum deum [illegible] et gloriosam semper virginem Mariam matrem eius ac [illegible] maledicere et blasfemare. Hoc p[rese]nti ordine statuer[unt] Addendo statuto antiquo de maledicentibus et blasfemantibus deum, et beatam virginem matrem eius et s[an]c[t]os; Quod ultra decem libras in q[ui]b[us] quicumq[ue] maledicens sive blasfemans tenore ipsius statuti condenatur [illegible] solvere de cetero blasfemaverit sive premisso modo maledixerit deu[m] vel gloriosissimam eius matrem semper virginem Mariam, decem diebus continuis stare deb[e]at in carceribus Comunis Assisii. Quos carceres si redimere voluerit illico et absq[ue] mora [illegible] alias decem libras solvere debeat. Et de p[re]dictis dominus pot[esta]s Civitatis Assisii, qui pro tempore fuerit subito omni remota appellatione teneatur et debeat sumarie executionem facere, sub pena solvendi tantundem de suo salario. Et t[em]p[o]re sui sindicatus cuilibet liceat sibi dare petitionem de negligentia. Et quicumq[ue] primo dictam petitionem exprolaverit coram d[omi]nis Sindicatoribus dicto pot[esta]ti assignatis, medietatem huius pene lucretur. Et nichilominus etiam prefati S[indicatores] [illegible] ex officio procedere possint contra eundem potatem taliter negligentem. Super [illegible] vero partibus dicti statuti veteris, videlicet de [illegible]. Et siquis [illegible] per co[rpus] vel sanguinem dei vel dicte eius matris virginis gloriose, solvat dimidiam plus ultra penam in ipso veteri statuto contentam. Et nichilominus stare debeat in carceribus Co[munis] tot diebus quot libras solvere tenetur ex causa premissa, quos redimere possit modo [illegible].

Quicunque vero de cetero blasfemaverit aut maledixerit aliquem ex sanctis dei [illegible] [illegible] penam in eodem veteri statuto descriptam cum carceris additione secundum ordinem [illegible] decem h[ab]ere poss[it].

[illegible] [illegible] [illegible] statutum vetus de festivitatibus custodiendis usq[ue] ad exceptionem in ipso descriptam secundum illius ordinem et tenorem debere exequatur. Addendo in eodem statuto et includendo festa gloriosi mart[yr]is s[an]c[t]i Sebastiani s[an]c[t]i Ruffini de Arce s[an]c[t]e Caterine s[an]c[t]e Lucie et s[an]c[t]i Antonij de [illegible] [illegible]. Et q[uod] in diebus ipsarum festivitatum Nullus notarius de dicta Civitate Assisij vel Comitatu eius nec aliunde possit aut valeat rogari de aliquo contractu inter quascumq[ue] personas cuiuscumq[ue] condictionis vel maneriei. Exceptis testamentis et alijs ultimis voluntatibus [illegible] Matrimonijs, Sponsalitijs et Commissionibus. Et similiter contractibus ad ecclesias et [illegible] pertinentibus. Et quilibet notarius qui contrafecerit Camere Comunis dicte Civitatis Assi[sij] [illegible] facto penam decem librarum solvere teneatur, et in tantundem contrahentes pro una [illegible] [illegible] subiaceant. Et nichilominus contractus [illegible] diebus celebrati non valeant [illegible] [illegible] ipso iure. Et q[uod] de cetere quilibet notarius qui de aliquo contractu [illegible] [illegible] sub dicta premisso modo solvenda [illegible] teneatur [illegible] pro de huiusmodi contractu [illegible] [illegible]. Et similiter [illegible]

[illegible]

Cogitationibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] statuis [illegible] sive [illegible] ad [illegible] [illegible] proditionem sive conspirationem [illegible] statum [illegible] et Comunis Assisij [illegible] auxilium, Consilium vel favorem [illegible] debeat per Civitatem Assisij et [illegible] per loca [illegible] ad locum iustitie et [illegible] [illegible] sive [illegible]. Et [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

Contra blasphemantes

C. Quod notarii non rogent in diebus festivis

3. Contra conspirantes, [illegible] et proditores

ro fuerit filius familias [illegible] puniatur, Et bona paterna etiam [illegible] patre, et
omnia quecumque alia bona undecumque uenerit ad ipsum quolibet spectantia simili modo in eius
condenatione confischentur. Verum si talis delinquens aufugeret ponatur in banno predicto. Quod
si umquam uenerit ad manus et fortiam prefati Comunis Assisii, supraducta pena puniatur. Et pi
gatur in formam proditoris suspensus cum uno pede et capite infra in loco publico super
plathea Comunis. Et super hoc impetrentur impetretur littere a Sanctitate domini nostri pape.
Quod huiusmodi banniti non possint stare neque habitare in aliqua ex terris seu aliquo ex locis domino
Sancte Romane Ecclesie subiectis ad dictam penam. Et quod rectores siue officiales huiusmodi
terrarum siue locorum ubi dicti tales delinquentes repti forent teneantur illos capi facere
et ad locum delicti remittere sub fida custodia. Et ibidem subiantur penam predictam.
Verum si hec in tali forma optineri non possent optineatur saltim quod non possint stare
prope dictam Ciuitatem Assisii per spacium quinquaginta miliariorum.

Item ad hoc ut infructuosa esset omnis materia delinquendi et aliquas partes
subleuandi seu congregandi. Statuerunt et ordinauerunt. Quod Quicumque
de cetero subleuauerit, seu congregauerit partes aliquas in hac Ciuitate Assisii siue eius
Comitatu, Aut tumultum dicta occasione fecerit in populo, Siue hec tractantes sciens
non reuelauerit et manifestauerit puniatur secundum formam supradicti statuti de
proditoribus contra statum Ecclesie et Comunis Assisii. Quicumque uero dolose et appen
sate nominauerit partes aliquas in eadem Ciuitate uel Comitatu ipso facto cadat in
penam librarum centum quinquaginta denariorum quas sub uno soluere teneatur absque dilac
tione. Et si non soluerit detineatur in carceribus Comunis quousque soluerit. Et soluta ipsa
pena confinetur per unum mensem extra Ciuitatem et districtum Assisii arbitrio potestatis qui
pro tempore fuerit.
Verum si aliquis aliter nominauerit ipsas uel aliquas partes in eadem Ciuitate uel Co
mitatu Assisii Illico cadat in penam librarum decem denariorum, Et stare debeat in carce
ribus Comunis per decem dies continuos. Quos carceres si redimere uoluerit alias libras
decem soluere teneatur. Quas penas dominus potestas Ciuitatis Assisii qui pro tempore fuerit
sub pena predicta librarum decem exequi facere teneatur, de suo salario auferendarum tempore
sui sindicatus.

Item ad hoc ut cessent rumores et discordie et populus huius Ciuitatis uiuere
possit in pace. Statuerunt et ordinauerunt Quod quicumque Ciuis uel popularis a
ut Comitatensis dicte Ciuitatis Assisii qui ad presens haberet uel in futurum habebit aliquam
inimiciciam cum aliquo Ciue, populari uel Comitatense aut forense habitante in
ipsa Ciuitate uel Comitatu teneatur et debeat cum requisitus fuerit per dominos Prio
res pro tempore existentes facere pacem cum inimicis suis ad arbitrium ipsorum domi
norum Priorum. Verum si corde indurato steterit obstinatus et pacem huiusmodi facere
recusauerit, compellatur per potestatem dicte Ciuitatis pro tempore existentem facere treugu
am per illud spacium temporis quod uisum fuerit eisdem dominis potestati et Prioribus.
Quam treuguam si facere recusauerit, Confinetur per eundem potestatem siue eius
Iudicem in aliquo loco ubi eis uidebitur distante a dicta Ciuitate Assisii per triginta

Ut non fiat tumultum in populo

C

Ut fiat pax inter inimicos

miliaria et exinde non discedat donec non fecerit aut pacem uel treuguam modo premisso. Et si hobedire neglexerit uel confines sibi assignatos fregerit ipso facto pro rebele ponatur et tamquam rebellis ab inde in antea teneatur et tractetur. Et hoc statutum uendicet sibi locum in preteritis presentibus et futuris.

R

6 Quod nemo portet divisam

Item ad euitandum inconuenientiis que occurrere possent propter antiquas passiones eorum qui uestigia malorum persequebantur. Statuerunt et ordinauerunt. Quod infuturum nullus tam ciuis quam forensis cuiuscunque conditionis existens habitans in ciuitate uel comitatu Assisii. Et intelligatur forensis habitans in ciuitate uel comitatu qui steterit per sex menses in dicta ciuitate uel comitatu, audeat uel presumat portare aliquam diuisiam in caligis cuiusuis persone preter suas uel suorum nisi fuerit familiaris alicuius ciuis familiariter habitans cum dicto ciue. Et quicunque contrafecerit ipso iure penam librarum decem incurrat quas soluere teneatur per bulletam sine aliquo processu et fina dummodo appareat bulleta de solutione predicta, et calige libere sint officialis inuenientis. Si uero officialis negligens fuerit ad inquirendum prefatos transgressores et contra eos exequtionem faciendum cadat in penam librarum uigintiquinque denariorum soluendarum in fine officii sui. Et de hoc cuilibet liceat sibi dare petitionem ad suum sindicatum.

C

7 Quod fiat consilium in principio prioratus

Item ad hoc ut quilibet priores futuri habeant materiam tempore eorum officii faciendi ea que utilitati comunis cedant et rei publice ciuitatis Assisii. Statuerunt et ordinauerunt. Quod de cetero imperpetuum priores noui qui futuri sunt quolibet tempore primo die dominico imediate sequenti post ingressum eorum prioratus officii teneantur et debeant conuocare consilium generale dicte ciuitatis secundum consuetudinem. Et in eodem consilio proponere dicere et tractare que utilia fuerint comuni et comoda rei publice, ne propter negligentiam ipsorum priorum aliquod dampnum ipsum comune patiatur et res publica sustineat incomodum. Et quicunque priores in predictis reperti fuerint negligentes penam uigintiquinque librarum denariorum pro quoque priore ipso facto se nouerint incurrisse ab eis irremissibiliter tempore eorum sindicatus auferendarum. Et si eorum sindici dicto tempore dictam penam obmiserint exigi facere penam dupli reficere teneantur. Quam penam dominus potestas pro tempore existens sub pena dupli omnium dictarum penarum de facto et absque ullo temporis interuallo teneatur exequi facere per uiam bullete, itaque de solutione huiusmodi penarum euidenter appareat.

8 De sigillatione litterarum

Item ne infuturum per priores qui pro tempore fuerint comitti possit aliquod scandalum in sigillatione litterarum eorum durante officio factarum. Statuerunt et ordinauerunt. Quod antiquum statutum de hac materia diffuse declarans ad plenum obseruetur, sub pena in eodem contenta, que exigi debeat prout ipsum statutum ordinat et declarat.

R

9 Item ad euitandum errores qui occurrere possent propter societates que

2v

Quod non fiat Societas

hactenus in hac Ciuitate solite sunt fieri Statuerunt et ordinauerunt Quod de cetero et in futurum nulla societas cuiuslibet generis fieri possit uel coadunari in Ciuitate uel Comitatu Assisij pro aliqua letitia uel tristitia. Quinymo facte dissoluantur: Et quicumque contrafacere uel facere deprehensus fuerit Camere dicte Ciuitatis Assisij ipso facto libras quinquaginta soluere teneatur: Et potestates societatum et compagnearum huiusmodi et quilibet earum huic statuto contrafacientes: et contrafacies eidem Camere soluat libras trecentas denariorum absque mora et sine ulla exceptione: Et dominus potestas Assisij qui pro tempore fuerit teneatur facere fieri executionem sub dicta pena:-

et nullus procurator possit comparere in iudicio in causa ... libr. ...

C

Quod nullus Procurator possit comparere in Iudicio in causa 15. lib.

10

Item occurrere uolentes et salubriter prouidere indempnitatibus et pauperum personarum incomodis: Et ne ex una re modica fiat lix immortalis et perpetua Statuerunt et ordinauerunt inuiolabiliter obseruari Quod de cetero nullus procurator comparere possit in Judicio pro aliqua persona in aliqua causa ciuili que sit de libris uigintiquinque infra sub pena librarum decem denariorum pro quoque contrafaciente et pro quaque uice: quam exequi teneatur dominus potestas siue eius Colateralis subito et absque mora: Et si negligentes fuerint cadant in eandem penam que sibi retineatur de salario suo.

C

Quod legantur Statuta in Consilio

11.

Item ad hoc ut priores noui pro tempore futuri in officio prioratus non possint pretendere uel allegare ullam ignorantiam circha utilia Comunis et Reipublice necessaria Hoc presenti statuto ordinauerunt Quod de cetero Cancellarius Comitatis qui pro tempore erit teneatur et debeat semper in introitu dominorum priorum dicte Ciuitatis: et maxime tempore iuramenti eis deferendi recordare ipsis dominis prioribus omnia statuta que locuntur de pertinentibus ad expeditionem eorum officij: De quibus statutis fiat unum uolumen ab alijs seperatum: Ad hoc ut comode sciri possint que sint ipsa statuta: et quid importet eorum effectus et sententia. Teneatur insuper idem Cancellarius in quolibet generali Consilio in eadem Ciuitate Assisij faciendo recordare dictis dominis prioribus pro tempore existentibus: ut legi faciant in ipso Consilio generali statuta siue reformationes que nouiter facta et facte: seu addite sunt statutis antiquis ultra supradicta statuta de quibus supra fit mentio: Et si in premissis negligens fuerit incidat in penam librarum decem denariorum quas retinere teneatur Massarius Camere qui pro tempore fuerit de suo salario sub dicta pena

R 12.

Quod non teneantur animalia Forensium in territorio Assisij

Item ut occurratur indempnitatibus Ciuium: et personarum in dicta Ciuitate siue Comitatu eius habitantium habentium: seu tenentium: et laborantium: seu laborari facientium possessiones et terras: siue uineas et clausuras in suburbijs uel Comitatu Assisij: Et etiam ut prouideatur fraudibus malignantium: Addendo Capitulo Reuerendissimi domini Cardinalis sancte Crucis olim in hijs partibus Gubernatoris et legati de latere. Statuendo decreuerunt Quod nullus Ciuis seu Comitatensis: uel quevis alia persona cuiuscumque conditionis existat possit siue audeat uel presumat quovis quesito colore directe uel indirecte aliquod genus animalium alicui forensis uel aduene tenere: uel teneri facere in territorio dicte Ciuitatis Assisij: Et quicumque qui contra predicta fecisse inuentus fuerit teneatur: et cadat ad penam dupli eius quod ualeret huiusmodi animalia dictorum forensium ut supra in fraudem reperta: Et nichilominus

dicta animalia ipso iure sint perdita: // Et Camere Apostolice dicte Ciuitatis applicentur dicta de causa. // Declarando, quod quicumque qui modo predicto fraudator repertus fuerit non possit de cetero: et in perpetuum aliquod genus animalium in eodem territorio Assisij retinere nisi pro neccessario laborerio tantum ad penam perdendi dicta animalia penes eum reperta: et premisso modo dicte Camere applicanda: // Et quilibet admittatur ad accusandum siue denunciandum: // Et habeat quartam partem supradictarum penarum. // Declarantes etiam: et ordinantes, quod quicumque Ciuis siue Comitatensis: uel habitans in dicta Ciuitate: uel Comitatu Assisij qui retineret in socedam aliqua animalia alicuius forensis teneatur: et debeat assignare ipsa animalia ad Cancellariam Communis Assisij: et specificare nomen patroni a quo ipsa animalia recognoscit cum prenomine: et cognomine eius: et loci unde est: et manifestare nomen notarij qui instrumentum huiusmodi socede scripsit: et in quo loco factum fuit: // Et pro parte tangente dictum forensem teneatur soluere pascuum dictorum animalium secundum formam: et tenorem Capituli loquentis de pasculis animalium forensium / Alias teneatur ad dictam penam ad quam tenetur fraudatores predicti Statuendo: et declarando quod pro porcis: et capris premisso modo in socedam retentis soluatur: et solui debeat ad rationem florenorum decem pro quolibet centenario: et in ratione centenarij. Nota ... forenses

C 13 *Quod non pasculetur in clausuris sive olivetis*

Prohibendo etiam, quod Nullus Macellator Ciuitatis Assisij possit pasculare cum aliqua generatione animalium a uigintiquinque animalibus supra in clausuris existentibus in territorio dicte Ciuitatis: // Et clausure intelligantur ubi sunt plantones oliuarum uel ficuum: // Et a uigintiquinque animalibus infra non intelligatur de animalibus caprinis de quorum genere nullo modo dicti Macellarij retinere possint: uel pasculare in dictis clausuris sub pena quinque soldorum pro quolibet animali: et qualibet uice: et ad emendationem dampni dampnum passo. // Habeant tamen dicti Macellarij arbitrium pasculandi: et pasculari facere in dictis clausuris per octo dies ante festum indulgentie sancte Marie de Angelis quod fit prima die Augusti: et post ipsum festum per tres dies cum bestijs pecudinis tantum. Dummodo non inferant dampnum: Et si dampnum inferent teneantur ad duplum dampni sine alia pena: // Et officialis qui faceret inuentionem habeat quartam partem dicte emendationis dampni. // Hoc tamen declarato quod in premissis undecim diebus dicti Macellarij non possint ullo pacto retinere et pasculare in dictis locis aliquas bestias caprinas: et quilibet admittatur ad accusandum: et habeat ut supra quartam partem dictarum penarum:-

C 13 *De ambasciatoribus*

Item ad hoc ut ambassiate Communis: et eius negotia gerenda cum maiori diligentia et sollicitudine expediantur: et circha propria commoda postpositis ipsius Communis Agendis non intendatur // Statuerunt: et ordinauerunt, quod quicumque cuiuscumque conditionis extiterit qui de cetero fuerit electus: et missus ex parte dicte Communitatis in aliquo loquo pro ambassiatore Communis Assisij non possit: neque debeat per se uel per alium directe: uel indirecte publice uel oculte aliquid dicere facere petere uel impetrare nisi solum exequi: et adimplere ea que sibi Imposita: et commissa erunt per Consilium: uel dominos priores populi pro tempore existentes a Consilio potestatem habentes elligendi aliquos Ciues cum quorum consilio: et apparere super aliqua materia talia ipsis Ambassiatoribus imposita: uel commissa fuerint, que tamen sint: et esse debeant ad fidelitatem sancte Romane Ecclesie, pacem: et unionem populi prefate Ciuitatis Assisij: et bonum utilitatem, et commodum rei publice Communis Ciuitatis eiusdem: // Et quicumque transgressor contrarium deprehensus fuerit ipso facto incidat in penam uiginti florenorum auri ab eo irremissibiliter auferendorum: // Et nichilominus teneatur ad restitutionem omnium pe-

3v

cuniarum que ab eodem Comuni recepisset ex causa premissa. Et insuper ut infectum super talibus tollatur omnis presumptio delinquendi talis contrafaciens privetur omni officio Comodo et beneficio dicte Civitatis imperpetuum: et per infinita secula. Nec eidem possit de eisdem fieri aliqua gratia vel remissio.

14 C

Quod non destruantur castra et fortilitia Comitatus Assisii

Item ad hoc ut ovietur scandalis que in futurum oriri [illegible]: vel [illegible]
possent per incolas: et habitatores Castrorum: et quorumcumque fortiliciorum Comitatus Assisii hoc presenti statuto duxerunt ordinandum. Quod quicunque Civis vel comitatensis Civitatis Assisii vel quecunque alius vel alia persona cuiuscumque status, gradus ordinis: et conditionis extiterit: et undecumque fuerit nullo modo causa vel ingenio audeat: vel presumat aliquod hedificium, sive Castrum, vel fortilicium aptum, seu aptitatum ad defendendum, vel offendendum factum vel ruinatum ultra in qua modo reperitur aliter facere et hedificare, seu hedificari facere: aut ampliare vel altius extollere, neque aliud de novo fabricare, vel fabricari facere per se, vel per alium quovis quesito colore, sine expressa licencia Consilii generalis dicte Civitatis Assisii: Et huiusmodi licencia non intelligatur obtenta nisi fuerit victa per duas partes de tribus dicti Consilii, sub pena et in pena mille ducatorum auri ipso facto Camere Apostolice dicte Civitatis aplicandorum: Et quecumque hedificia que ultra modum predictum: et superius declaratum facta hedificata, aut ampliata, sive altius extolta: et ellevata, seu de novo fabricata sine licencia dicti Consilii ut supra, possint: et debeant per dominos Priores populi qui pro tempore erunt cum auxilio et favore totius prefate Civitatis Assisii demoliri ruinari: et destrui prout eis videbitur: et placebit: Et quod Priores qui pro tempore erunt subito: et incontinenti dum ad eorum, vel alicuius eorum noticiam pervenerit predicta hedifficia vel fortilicia dicto modo sine licencia hedifficata, aut ampliata sive altius elevata, seu de novo fabricata teneantur et debeant convocare et congregare Consilium: et de: et super innovatione dictorum hedificiorum, sive fortiliciorum in eodem Consilio dicere: et proponere: et totam seriem huius presentis statuti declarare, ad penam centum florenorum auri pro quolibet contrafaciente camere predicte applicandorum ipso facto si in predictis vel predictorum aliquo negligentes fuerint.

16

Quod nullus possit edificare castra, vel edifitia sine licentia

Superaddendo quod nullum Castrum seu fortilicium: vel aliud hedificium supradicto aptum vel aptitatum, neque possessiones alique in districtu dicte Civitatis existentes vendi possint: vel alienari, aut quovismodo donari, sive per testamentum, aut aliquam aliam ultimam volutatem relinqui alicui habitanti extra dictam Civitatem, vel territorium dicte Civitatis Assisii: Et si contrafactum fuerit huiusmodi alienatio venditio donatio, seu relictum ipso iure non valeat, neque teneat: Et nichilominus contrafacientes teneantur ad penam ad quam tenentur supradicti supradicto modo hedificantes vel facientes sine expressa licencia supradicto modo obtenta. Et hoc non habeat locum in possessionibus dandis, et assignandis causa dotis.

C

17

Item [illegible] Civitatis Assisii illesus conservetur in pace et malis cesset materia [illegible] Statuerunt et ordinaverunt. Quod quicunque de dicta Civitate Assisii vel Comitatu eius aptus et idoneus, vel assuetus ad faciendum aliquam artem [illegible] aliquod honestum manu [illegible] exercicium causa vivendi de certo fuerit [illegible] per [illegible] dicte Civitatis, vel [illegible]

4e

uagare: et stare per dictam Ciuitatem: et nullam artem seu exercicium facere post tres
dies postquam eidem facta fuerit admonitio per dominum potestatem dicte Ciuitatis Assisii pro
tempore [illegible] existentem quod rede[bea]t ad faciendum aliquam artem uel exercicium ex qua
uel quo [illegible] uiuere possit honeste: et se sustentare, dictus dominus potestas procedere teneatur et
inquirere debeat contra talem negligentem prout ei uidebitur expedire. habito tamen super
hoc prius colloquio cum dominis prioribus qui erunt pro tempore si talis repertus erit homo
aptus uel idoneus ut supra ad aliquam artem uel exercicium: Et si dicti domini priores
declarabunt una cum ipso domino potestate predictum repertum esse aptum uel idoneum ad aliquod
exercicium siue artem, tunc dictus dominus potestas puniat predictum repertum arbitrio suo in
rebus et persona: Et simili modo nullus forensis similiter aptus uel idoneus possit sta
re in dicta Ciuitate ultra spacium quindecim dierum qui non moneatur ut supra. et elap
sis tribus diebus post monitionem huiusmodi, si repertus fuerit nulla artem exercere uel aliquod
manuale exercicium non facere premisso modo superius declarato puniatur: Et de predic
tis, seruatis ordine et forma predictis dictus dominus potestas non teneatur stare ad sindicatum
nec Sindici possint contra eum aliquo modo procedere ad penam aliquam:-

Contra uagantes ut exerceant aliquam artem

C

18

Quod Cives adscribantur ad artes.

Item ad hoc ut quilibet Ciuis de dicta Ciuitate Assisii facilius inducatur
ad faciendum aliquam artem: seu honestum exercicium: et augeatur bona con
ditio Ciuium per quos dicta Ciuitas honoretur Et Ciues: ac alie persone in ipsa
Ciuitate habitantes comodius uiuere possint, Statuerunt et ordinauerunt, Quod de ce
tero nullus Ciuis de dicta Ciuitate Assisii cuiuscumque status uel conditionis existat possit
nec ualeat elligi prior, neque esse in officio prioratus populi dicte Ciuitatis, nisi fuerit
descriptus in breue alicuius artis: uel exercicii: et fecerit illam artem seu exercicium
in qua scriptus seu matriculatus fuerit in eadem Ciuitate causa lucri: et bene ac hone
ste uiuendi, Dummodo sit potens et habilis ad faciendum uel fieri faciendum seu exer
cendum huiusmodi artem seu honestum exercicium De quo stetur determinationi dominorum pri
orum qui erunt pro tempore:

Quod officiales executores habeant [illegible] populi [illegible] X

C

19

De mercede executionis.

Item ad obuiandum extorsionibus que fiunt per officiales dicte Ciuitatis Assisii
et debitam mercedem suam circa executiones quas faciunt in Ciuitate et Co
mitatu contra debitores ad instanciam creditorum Statuerunt et ordinauerunt Quod
in futurum nullus officialis dicte Ciuitatis pro tempore possit accipere pro qualibet
executione alicuius debiti Ciuilis facienda per ipsum officialem in eadem Ciuitate ultra
duodecim denarios pro quolibet floreno, Si uero executionem fecerit in Comitatu
non possit accipere ultra duos soldos pro quolibet floreno: Et quicumque officialis
contrafecerit cadat in penam librarum quinque denariorum et ultra salarium sibi supra de
cretum restituat indebite acceptum in duplo, Que pena cum dicta restitutione
indebite accepti cum duplo sibi auferatur per eius Sindicatores tempore sui sindicatus
Et quilibet officialis secundum suam conditionem sub dicta pena teneatur facere dic
tam executionem:-

De executione officialium

20

C

Item ad hoc ut prouideatur incomoditatibus personarum dicte Ciuitatis Assi
sii pro cauetina aquarum Statuerunt et ordinauerunt Quod domini priores qui de ce
tero erunt in officio prioratus dicte Ciuitatis teneantur et debeant tempore eorum officii
facere et cum effectu operari Quod aque dictus fontium dicte Ciuitatis reparentur et ma

De reparatione Fontium.

manuteneantur in perpetuum: Et quilibet Prioratus teneatur expendere ad minus libras
viginti de denariis dicti Communis pro reparatione et manutentione predictorum: // Et si neglige
tes fuerint ipso facto cadant in penam decem librarum pro quoque ipsorum cui[illegible]cumque
Prioratus in predictis negligentibus convertendarum in reparationem dictorum fonti
um // Que pena sibi irremissibiliter auferatur per eorum Sindicatores tempore sui Sindi
catus sub simili pena :-

C
21

Quod Castra, et fortilitia deviarent ab Obedientia Communis devastentur

Item ut ne quis de [illegible] opere glorietur. Quinimo de [illegible] [illegible] recipiat dignam penam. Statuerunt et ordinaverunt. Quodcumque Castrum seu
fortilitium Comitatus Civitatis Assisii de cetero: et inter deviaverit ab obedientia
dicte Civitatis Assisii: et Sancte Romane Ecclesie [illegible] post [illegible]: Et se supposuerit dominio
et voluntati alicuius Tiranni vel alterius hominis cuiuscumque conditionis: et [illegible] extite
rit. Seu alicuius Civitatis cuiuscumque provincie: Et intelligatur predictum Castrum de
viatum: et semotum a predictis quando in dicta deviatione intervenerit [illegible] scientia
vel lata culpa Dischavetur: et devastetur: ac funditus destruatur, [illegible] inferiores la
pides ad superius reducantur: et revolvantur //: Et nullo umquam tempore amplius possit
re hedificari: // Et priores qui pro tempore erunt si talis casus acciderit quod deus ad
vertat teneantur et debeant facere congregari toctum populum ad predicta exequendum, Ita
et taliter quod eisdem non possit imputari de negligentia: // Et Priores qui pro tempore erunt
si in predictis negligentes fuerint ipso facto incidat in penam quingentarum librarum denariorum
sibi auferendarum sine aliquo processu: et summarie per eorum Sindicatores tempore sui Sindicatus
Et nichilominus in perpetuum priventur omni officio: et beneficio dicte Civitatis Assisii cum
eorum successoribus per lineam masculinam :-

pr.

Quod [illegible] Statuta artium

[illegible] [illegible] in Civitate Assisii debitis favoribus
adiuventur: et artem [illegible] comodius exercere possint // Statuerunt et ordinave
runt. Quod in arte bombicis: et velutorum: et aliorum quorumcumque spectantium ad huiusmodi ar
tem: et in quolibet alio exercitio manuali habeat locum statutum quod loquitur de arte lane
Et eisdem in eisdem observetur sicut observatur lanariis in arte lane quo ad modum
procedendi: et exequendi ex eius predictis. Addicientes quod in casis predictis stetur iuramento
actoris cum uno teste idoneo usque ad summam librarum decem: et ab inde supra requiratur
legiptima probatio aliquo alio statuto non obstante.

C

De introductione pannorum absque gabella.

Item ad hoc ut [illegible] Assisii sit habundantior in mercantiis plus solito: et
[illegible] Cives: et Comitatini ipsius Civitatis attenta eorum inopia melius forum ha
bere possint // Statuerunt: et ordinaverunt Quod in futurum liceat [illegible] undecumque fue
rit ducere et conducere seu duci et conduci facere: atque portare et portari facere quocumque tempore
ad predictam Civitatem Assisii quoscumque pannos cuiuscumque qualitatis generis: et coloris
tute: et libere: et absque solutione alicuius gabelle pedagii: et cuiuslibet alterius oneris
[illegible]: et si forenses fuerint apportantes dictos pannos dicto modo [illegible] dictam
Civitatem: et eius Comitatum reducere et reportare voluerint teneantur solvere peda
gium tantummodo: // Et hoc statutum non vendicet sibi locum tempore nundinarum que fiunt
in dicta Civitate Assisii de solutione pedagii [illegible] apportantibus pannos: et non vendiderint
ipsos extrahere voluerint.

In nomine domini nostri yhesu christi Amen. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo ccccolvio Indictione quarta tempore Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Calisti divina providentia pape tertii die vero vi mensis Januarii. Cum nonnumquam multas et variis temporibus contingit fieri Reformationes pro salubri bono et quiete populi et comunis et singularium personarum Civitatis Assisii. Quarum Aliquae si in volumine predictorum statutorum Reperirentur non parvi penderent. Cum in ymo Rectores huiusmodi Civitatis promptius prospiciendo observatione animarentur. Unde Magnifici domini Antonius Andree Nicolutii porte sancti Rufini Antonius prioris. p. plaxii S. J. Johannes faber. p. plaxii. Antonius poris p. S. J. Johannes Angeli Victorini. p. S. F. et Gasparre claxii. p. S. C. Magnifici domini priores comunis et populi civitatis Assisii Congregati et in simul existentes in Audientia palatii ipsorum soliti Residentie. intendentes factum posse circha ea que utilia essent et non parum utilitatis in comuni et in particulari afferre possent. Mandaverunt michi Tome notario infrascripto ut istam Reformationem in libro Reformationum comunis civitatis Assisii manu mey thome tunc notarii Reformationum et vice cancellarii comunis Assisii editam et descriptam. Nec non et Aliam Reformationem probatam Reformationi mas taxi filius obedientie tali in effectu prout effectualiter in dicto Reformationum libro Reperta Registrare deberem. Quorum Mandato ut decet Ego Thomas Registrare presumpsi. Sub huiusmodi forma videlicet.

Ut prime et se cause non possint extra Civitatem

24

R 2

Item pro Conservatione Iurium et inmunitatum comunis Assisii Et presertim cuiusdam Capituli sive indulti per S. d. n. papam Calistum tertium. Quo Cavetur. Ut prime et se cause tam civiles quam criminales prout hactenus per prius extitit consuetum Cognoscantur in eadem Civitate ut gravibus expensis hominum dicte Civitatis indulgentie et cetera. Ad hoc ut omnibus contra tenorem dicti capituli et indulti quoquomodo obviare cupientibus omnis tollatur via machinandi. Statuerunt et ordinaverunt et presenti Reformatione decreverunt. Ut tales impetrantes vel extrahentes vel extrahere procurantes primas vel secundas causas ex Civitatem Assisii contra formam predictorum capitulorum. A Sanctissimo domino Nostro papa obtentorum incidant in penam ipso facto viginti quinque ducatorum. Et in eandem penam omnes et singuli incurrant. qui eis vel ey prestiterit Auxilium consilium vel favorem. ac etiam priventur et privati esse intelligantur omni offitio et benefitio comunis Assisii. Cuius quidem Reformationi in Alio consilio Additum et per modum et viam sollempnis Reformationis decretum Adiunctum atque Reformatum fuit. Ut dicta iam edita Reformatio vires habeat et comprehendere intelligatur et de presertis pendentibus et futuris. Et quod Nullus offitialis civitatis Assisii sub pena et ad penam Centum Florenorum de facto eis et ab eis exigendorum tempore sindicatus eiusdem et Camere comunis Assisii Applicandorum debeat facere Aliquam executionem alicuius sine forensi in talibus casibus cognitis ex Civitatem Assisii intelligendo de primis vel secundis casibus vel supplicationibus nisi primo et ante omnia per talem in cuius favorem talis executio peteretur. solvantur in Camera comunis Assisii. et ipsi comuni applicandi pro decimo et sub nomine decimi viginti quinque ducati auri. Et quod per dominos priores Creentur unus vel duo Ambaxiatores et destinentur Romam cum commissione eis facienda de supplicando Sanctissimo domino Nostro pape Revocationem Commissionum predictarum obtentarum contra formam capitulorum comunis Assisii signatorum et obtentorum A Sanctissimo domino Nostro papa. Et ut probati tales qui talia impetraverint vel Auxilium consilium vel favorem quoquomodo prestiterint teneantur ad expensas predictis oratoribus destinandis faciendas. Et hoc eo casu quo predicti nollent ab inceptis desistere.

Confirmata per litteras Memorie Pii pape ij

Quod cause cognoscentur in Assisio

Et Ego Tomas quondam Antonii petri Jacobi de Assisio publicus imperiali auctoritate notarius et Iudex ordinarius. Quia predictis omnibus et singulis dum sic agerentur interfui. Et ea tamquam vicecancellarius et notarius Reformationum Registravi scripsi et hic etiam ex mandato dominorum priorum transscripsi scripsi et transumpsi et in publicam formam Redegi. Et in fidem et testimonium premissorum signum Apposui consuetum.

Signum mey tome notarii suprascripti

5v

125 Item volentes salubriter providere: ne debitores communis Assisii materiam habeant eorum debita
communi solvisse statuerunt et ordinaverunt inviolabiliter observari: quod omnes et sin-
guli cives incole et habitantes in Civitate Assisii teneantur et debeant solvisse collec-
toribus exactoribus ac Massariis communis predicti ad hec deputatis omnia et singula
debita hactenus et in futurum cum predicto communi contracta vel contrahenda quibus-
quocumque modo ut ea forent predicto communi obligata: nec non omnes et singulas impositas da-
C tinas et collectas que imponerentur in futurum per commune Assisii pro commodo et necessi-
tatibus dicti communis infra duos menses a die quo dicta debita imposite datine et collecte
bampnite et preconizate fuerint. Et teneantur et debeant omnes et singuli qui depu-
Quod debitores tati fuerint dicta debita datinas impositas et collectas scribere in principio li-
Communis solvat bri speculi noviter fiendi dicti facti bapnimenti sub pena librarum quinquaginta denariorum
infra duos menses pro quolibet contrafaciente et qualibet vice: et eius scripture quoad hec plenaria fi-
des adhibeatur: Et elapsis dictis duobus mensibus dicti collectores exactores et Massa-
rius iterum teneantur et debeant sub dicta pena facere unum extractum de omnibus Civibus Inco-
lis et habitatoribus in Civitate Assisii: qui dicta debita impositas datinas seu collectas
non solvissent: et illud dare et consignare Cancellario communis Assisii pro tempore existenti
qui immediate debeat illos scribere in libro speculi: et illi qui in dicto libro scripti
reperientur non audiantur in civili vel criminali in agendo vel defendendo: et non possint
habere aliqua officia in communi Assisii: et si ad aliquod officium extractus esset: debeat nomen
suum laniari: et similiter eligi non possint ad aliquod officium: et si eligerentur eius
electio ipso iure sit nulla: nec tale officium exercere possit sub pena centum florenorum
auri pro quolibet contrafaciente [illegible] qualibet vice de facto auferenda: nec possit
aliquis de dicto libro cancellari [illegible] vel elevari nisi per manus dicti Cancellarii:
et nisi dictus talis sic descriptus [illegible] effectualiter solverit omne illud quod solvere tene-
retur et propter quod descriptus [illegible]. Et teneatur Cancellarius in dicto libro scribere
omnes quantitates denariorum [illegible] de omnibus debitis [illegible] [illegible] [illegible] ter et expressim
que dictus descriptus solvere te[neretur] [illegible]. Et pro cassatione et [elev]atione alicuius
descripti in dicto libro dicti [illegible] [illegible] habeant unum bolognenum pro quolibet: et tenea-
tur dictus Cancellarius in omnibus et singulis extractionibus [officiorum] coram
dictis M. D. prioribus tenere [dictum] librum: et in ipso [illegible] [illegible] an aliquis
extractus vel electus in dicto libro sit descriptus: et talem sic electum
et descriptum in dicto libro debeat alta voce nominare et manifestare
ita quod ab omnibus astantibus audiatur sub pena L. librarum denariorum
pro qualibet vice qua contrafactum fuit: Aliquibus statutis seu Reforma-
tionibus communis Assisii in aliquo non obstantibus.

126 R Item statuerunt et ordinaverunt quod nemini forensi liceat [illegible] mittere sive tenere
aliquam animalium quantitatem in comitatu pascuis sive iurisdictione et
territorio dicte Civitatis absque affida et solutione pro ipsis animalibus hactenus solitis
et consuetis. Et forenses intelligantur omnes et singuli qui non sunt oriundi de dicta Ci-
Quod forenses vitate sive facti et habiti Cives secundum formam statutorum et reformationum sive corporis
non possint retinere ipsius Civitatis: et etiam unusquisque cuiuscumque status gradus et conditionis existat
animalia in territorio non faciens factiones communis: gaudere non debeat privilegio Civilitatis neque Comitatus.
Assisii absque affida Cives vero et Comitatini dicte Civitatis et ipsorum quilibet possint tenere et dicti
pastores absque aliqua affida et pagamento bestias ad sui cotidianum
Asininas Equinas et Mulinas usum somandi prout eis expedierit et placebit. Item omnia
duo vel plura paria bobum ad arandum [illegible] [illegible] et [illegible]
personarum et [illegible] possessiones quas habent sive laboraverit sive laborari fecerint

pro arando seu arari faciendo [illegible] possessi[illegible] et [illegible] propas vel alterius
Item [illegible] quatuor vaccarum [illegible] qui affidat vel ad societatem [illegible]
vel [illegible] tantum cum Allevamentis trium annorum vel pauciores temporis
et [illegible] nec [illegible]. Et [illegible] dictus Allevamentis [illegible] vel [illegible]: quibus teneatur
assignare et affidare infra octo dies a quo nascerentur et solvere pro quolibet [illegible] alle-
vamentum [illegible] anno [illegible] duos [illegible] tantum [illegible] et [illegible] anno [illegible] teneatur

Quod alii cives

[illegible]: At [illegible] intrando: et [illegible] intelligantur in penas infrascriptas. [illegible]
bestie [illegible] possunt [illegible] planitie [illegible] possunt [illegible] in Montanea
[illegible] possit retinere sine aliqua solutione [illegible] vaccas octo [illegible]
De quibus Allevamentis teneantur solvere [illegible]
Item quinquaginta capras: quas tamen teneantur [illegible] non possit
Item bestias centum pecudinas absque aliqua [illegible]
Item porcos ad ingrassandum triginta per unum annum:
Item quatuor scrofas cum duobus fetibus [illegible] quibus [illegible] teneantur in Montanea

[illegible] premissa [illegible]

et non in plano: et Montanea intelligatur [illegible] strata per quam [illegible] [illegible] intelligendo [illegible]
strata pontis [illegible] et a parte [illegible] intelligatur ab [illegible] et per directum
[illegible] trahit ad Castaneam et ad [illegible] Antonij Michaelis [illegible] possint
a ponte [illegible] nominando Ast. [illegible] in planitie [illegible] possint
[illegible] permittatur, et [illegible] continuis [illegible]
Item [illegible] et Allevamenta intelligantur usque ad sex menses
Item duos porcos ad ingrassandum pro quolibet [illegible] usque ad [illegible] nihil solvi
[illegible] porcis magnis. Et si dampnum aliquod intulerit [illegible]
ad penam [illegible] emendationem dampni dampnum passis teneantur.

Macellarij [illegible] per totum annum [illegible] macellant carnes [illegible] possint [illegible] totum mille
quingentos [illegible] annis cum his pactis: quod Macellarij [illegible] non possint
[illegible] castratos extra [illegible] districtum dicte Civitatis [illegible] nec extra [illegible] pena [illegible]
[illegible] teneantur et dicti Macellarij affidare [illegible] solvere [illegible] quolibet [illegible] anno
[illegible] qui tenent [illegible] et Comitatum a suprascriptis [illegible] usque [illegible] pro quolibet

Quod Macellarii

centenario bestiarum minutarum [illegible] quinque [illegible] bestias grossas [illegible] pro quolibet
[illegible] Et teneantur omnes [illegible] affidare omnes
[illegible] assignare [illegible] et nulla [illegible]
[illegible] possit nisi [illegible] anno [illegible] et si [illegible] minores [illegible] tenea[n]tur [illegible]
[illegible] anno [illegible]. Quicumque non [illegible] Comitatum sine [illegible]
[illegible] contra formam [illegible] facere [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] fraude [illegible] penas [illegible] et [illegible]
[illegible] partem sine aliqua diminutione: [illegible] nullo modo possit
[illegible] per consilium [illegible] Civitatis Ast. [illegible] statutis et [illegible]
[illegible] insufficientibus [illegible] loquentibus [illegible] roboris duraturis [illegible] locum habeant
[illegible] et futuris. [illegible] Comitatum et alijs quibuscumque [illegible]
investigare [illegible] tales delinquentes et [illegible] culpabiles [illegible] accusare [illegible]
eisdem [illegible] et hanc [illegible] nullo modo [illegible] et [illegible]
teneatur secretum. Teneantque et debeant omnes et singuli officiales [illegible] Ast. [illegible]
et investigare [illegible] quorumcumque [illegible] aut [illegible]
accusationem seu querelam verbo aut in scriptis [illegible] fraudes que [illegible]
[illegible] committi possent [illegible] hac lege declaraverint. Et si plures socij [illegible]
animalia [illegible] triginta porcos ad ingrassandum [illegible] unum scrofas
cum Allevamentis [illegible] socios [illegible]
et affidare teneantur solvere [illegible] in Reformatione [illegible]
ac si [illegible] tantum et [illegible] idem intelligatur in omnibus et [illegible] quolibet [illegible]
[illegible] caprinorum pecudinorum castratorum [illegible] Addentes [illegible]
[illegible] officiales predicti [illegible] quartam partem [illegible]
[illegible] inquisitionum vel [illegible] fraudantibus [illegible]

6v

127 Item ad obviandum inconvenientiis que occurrere possent per ludos qui hactenus in civitate soliti sunt fieri: hoc statuto decreverunt ordinandum: Quod quicumque cuiuscumque status conditionis sive preheminentie fuerit: qui publice vel occulte luserit in civitate Assisii ad aliquem ludum preter quam ad schacha ad pilam ad balistam ad [illegible] et ad pyola: cadat in penam decem librarum denariorum pro qualibet vice et quolibet contrafaciente: Et quilibet possit accusare: et credatur accusatori cum uno idoneo teste: Ac huiusmodi accusator habeat quartam partem pene et quarta pars sit officialis id exequentis Reliqua communis Assisii: Idque decernentes quod per officiales exequatur per bullectam: ac de huiusmodi penis lusorum nulla gratia fieri possit nec debeat per colloquium seu consilium generale dicte civitatis.

Pena contra lusores

128 ITEM ad removendum infinita scandala errores que et populi contentiones propter advocatorum et procuratorum cavillationes et malignitates que cotidie in civitate et comitatu eiusdem civitatis committuntur et per predictos in futurum committerentur ad necem ipsius populi pacem unionem atque tranquillitatem statuerunt et ordinaverunt quod tempore quo dominus potestas et ipsius curia sedet ad iura reddendum nullus procurator vel advocatus neque aliquis litteratus vel illitteratus neque iudicialiter neque extraiudicialiter possit ingredi palatium ipsius domini potestatis neque stare vel commorari in dicto palatio et si ingredirentur starent vel morarentur pro causis aliquorum actus qui tunc gererentur non valeant nec teneant et sint ipso iure nulli. Et potestas qui pro tempore fuerit et eius iudex et miles teneantur ad interesse partis recipientis aliquod damnum occasione predicta sub pena vigintiquinque florenorum auri pro quolibet predictorum vice qualibet contrafaciente: cuius pene medietas sit potestatis et officialis exequtione faciente, et alia dicti communis: et teneantur predictus dominus potestas et officiales facere exequtione de facto sine aliquo processu et iuris sollemnitate in qua pena similiter dicti dominus potestas iudex et miles incurrat de facto si negligentes fuerint in predictis aut aliquo predictorum. Excepto quod quando aliquis procurator vel advocatus haberet causam propria cum alio non procuratore vel advocato quod ille talis possit constituere procuratore et advocatu prout sibi expedierit. Item excepto quod pro causis ecclesiarum et hospitalium: et pro causis forensium non habitantium et absentium a civitate et comitatu a decem miliaribus infra: et pro viduis et orphanis: et piis locis: pro quibus procuratores et advocati possint comparere sine pena predicta: et similiter et pro parte adversa possint procuratores et advocati comparere ubi procuratores et advocati intervenirent non predicto quibuscumque statutis et aliis reformationibus in contrarium disponentibus non obstantibus: // Confirmata fuit suprascripta Reformatio per breve apostolicum infra registratum per me cancellarium [illegible]: cuius quidem brevis apostolici tenor talis est [illegible] a tergo:

Provisio ad lites.

Dilectis filiis prioribus consilio et communi civitatis nostre Assisii [illegible]

—: Calistus pp iii: —

Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem [illegible] exposuistis nobis reformationem quamdam per vos nuper factam fuisse sub certa pena cavetur: ne cum procuratori seu advocato aut

alteri cuicumque litterato sedente ad iura reddenda potestate vero et ipsius curia liceat pro causis aliquorum iudicatis vel ex statutum eiusdem potestatis intrare ecclesiarum duntaxat et piorum locorum nec non miserabilium personarum et orphanorum causis exceptis: et illis et quas sunt advocatos ipsos et procuratores agi contingeret. Quam reformationem cum asseratis ad pacem et tranquillitatem totius civitatis plurimum pertinere: et illa vigente multorum scandalorum materia tolli facile posse: propterea nobis supplicaveritis: ut ad complementum boni huiusmodi apostolice confirmationis robur eidem dignaremur adiicere. Nos veresimiliter credentes nihil nisi cum consilio decreturos vos fuisse: quod in pacem civitatis rediret huiusmodi supplicationibus inclinati Reformationem predictam: cuius tenorem hic volumus pro expresso: cum omnibus in ea contentis: sicut commune utilitatem et pacem concernunt harum serie approbamus ac confirmamus.

Datum Rome apud Sanctum Petrum sub anulo piscatoris xvii Julii MCCCCLviii.

pontificatus nostri Anno Quarto. 1458

Confirmatio reformationis procuratorum.

Ja. Lucensis



Signum mei Canc(ellarii) xii Janu(arii)

Et ego Nicolaus Antonii de Montefalcone publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius: et nunc cancellarius Magnifice Civitatis Assisii: et notarius Reformationum predictis omnibus et singulis quoad suprascriptam Reformationem in consilio generali factam et celebratam interfui et presens fui: eamque rogatus scribere scripsi et publicavi et in hoc volumine statutorum inserui: ac breve apostolicum confirmationis predicte Reformationis hic fideliter transcripsi, copiavi, et registravi, nil addens vel minuens quod mutet vel variet intellectum: nisi forte punctum vel sillabam: et ad fidem omnium predictorum signum meum apposui consuetum.

7v

[illegible]

[illegible]